

quantumlibet magna exsolvebatur, quod tandem cum magno labore domini marchionis et fratrum suorum cum interventu domini Magdeburgensis archiepiscopi et marchionis Alberti effectui mancipatum est. Itaque cum monasterium construeretur in area quadam, que canonicorum esse videbatur, in recompensationem huius areę cum omnibus appenditiis
 5 suis decime trium villarum Tudendorph, Christianesdorph, Bertoldesdorph et aliarum, quas ibidem marchio in posterum locare potuerit, annuente episcopo canonicis restitute sunt, insuper etiam rogatu ipsorum concessum est eis ligna de eodem nemore ad usum eorum succidere exce[p]to^{b)} foresto, quod ipsi monachi ad necessarium usum sibi retinere decreverunt. Sane omne ius decimationum de cunctis villis ad idem cenobium attinentibus,
 10 quod prefatus antecessor noster Gerungus ei contulerat et nos quoque presenti conscriptione eidem loco confirmamus ita, ut nos eiusdem potestatis auctoritatem super ipsum habeamus, quam Nuenburgensis episcopus super Portensem ecclesiam et idem claustrum eandem subiectionem nobis exhibeat quam fratres Portenses suo episcopo. Igitur quod a predecessoribus nostris confirmatum est, hoc ipsum et nos episcopali auct[orit]ate^{b)} nostra
 15 sigilli nostri impressione roboramus firmissime sub vinculo anathematis statuantes, ne quis huius cautionis constitutionem convellere vel supergredi temerario ausu presumat. Ut autem rata permaneat hec constitutio, idoneorum testium subscriptione confirmata est. Sunt autem isti. Otto illustris marchio Misnensis. Prepositus Theodericus. Hermannus decanus. Anselmus custos. Iohannes. Egeno. Sigemundus scolasticus. Wicfridus.
 20 Sifridus. Walterus. Witelebus prior in Porta. Wulbernus. Laici. Primezlaus advocatus ecclesię. Fridericus de Marus. Iohannes de Creuz. Maganus de Pormiz. Hoierus de Misna. Iohannes de Worcin. Petrus dapifer. Albertus capellanus marchionis. Conradus capellanus episcopi. Anno ab incarnatione domini $\overset{\circ}{M}.\overset{\circ}{C}.\overset{\circ}{LX}\overset{\circ}{XXIII}.$ $\overset{\circ}{V}.$ idus iunii, indictione $\overset{\circ}{I}.$ sub piissimo Romanorum imperatore Friderico actum; feliciter amen.

25

(S.)

(S.)

476.

Erzbischof Siegfried von Bremen bestätigt auf Vermittelung des Markgrafen Otto den Verkauf von Besitzungen in Gernstedt seitens des Klosters Goseck an das Kloster Pforta. — Zeugen: Albrecht, Sohn des Markgrafen Otto, und Markgraf Dietrich. 1183 Sept. 5.

30

Hdschr.: Or. Perg. Universitätsbibliothek Leipzig. Hand des Klosters Pforta. Phot. H. St. A. Faksimile bei Posse, Lehre von den Privaturk. Taf. IV. und Taf. Va.

Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,460.

Anm.: Die Urkunde ist auf ein besiegeltes Blankett geschrieben. Vergl. Posse a. O. S. 9 Anm. 1; S. 19; S. 83 Anm. 2; S. 94 Anm. 4; S. 164 Anm. 3.

35

In nomine sanctę et individue trinitatis Sifridus divina favente clementia Bremensis archiepiscopus. Notum esse volumus cunctis fidelibus presentibus et futuris, quod dominus Ermenoldus venerabilis abbas in Goceke, que abbatia tutelę et dictioni ecclesię